



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

21. De copiosa piscium captura, quam nutu Christi discipuli fecerant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

DE COPIOSA
PISCATIO
 NE ADISCIPVLIS
 FACTA AVXILIO
 CHRISTI.

MEDITATIO XXI.
EVANGELIVM.

LUC. 5.

FACTVM est cum turbæ
 irruerent in IESVM, vt
 audirent verbum Dei, &
 ipse stabat iuxta stagnum
 Genzareth. Et vidit duas naues stan-
 tes secus stagnum: pisces autem
 descenderant, & lauabant retia. A-
 scendens autem in vnam nauem quæ
 erat Simonis, rogauit eum à terra
 reducere pusillum. Et sedens doce-
 bat de nauicula turbas. Vt cessauit
 autem loqui, dixit ad Simonem,
 Duc in altum, & laxate retia vestra

CHR
 in captura
 dixit illi.
 Etiam labo
 verbo aut
 hoc feciss
 multitud
 batur aut
 runt soci
 venirent
 nerunt &
 culas, ita
 videret
 genua le
 mo pecc
 enim cir
 qui cum
 um qua
 Iacobur
 qui era
 monem
 iam, ho
 Et is ad
 nibus f

A²
 re

incapturam. Et respondens Simon, dixit illi. Præceptor per totam nos-
tram laborantes, nihil cepimus: in
verbo autem tuo laxabo rete. Et cum
hoc fecissent, concluderunt piscium
multitudinem copiosam: rumpe-
batur autem rete eorum. Et annue-
runt socijs, qui erant in alia nauī, vt
venirent & adiuuarent eos. Et ve-
nerunt & impleuerunt ambas nauī-
culas, ita vt mergerentur. Quod cū
videret Simon Petrus, procidit ad
genua Iesu, dicens. Exi à me quia ho-
mo peccator sum Domine. Stupor
enim circumdederat eum, & omnes
qui cum illo erant, in captura pisci-
um quam ceperant. Similiter autem
Iacobum & Ioannem filios Zebedæi:
qui erant socij Simonis. Et ait ad Si-
monem Iesus. Noli timere: ex hoc
iam, homines eris capiens. Et subdu-
ctis ad terram nauibus, relictis om-
nibus secuti sunt eum.

PROPHEZIA.

AQUAE autem descendebant in latus ^{Eze. 47}
templi dextrum, ad meridiem altaris.
De

De quibus aquis paulò post subiecit. Et erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur; & vivent omnia, ad quæ venerit torrens. Et stabant super illa piscatores, ab Engaddi vsque ad Engallim siccatio saganarum erit: plurimæ species erunt piscium eius sicut pisces maris magni multitudinis nimie.

CONSIDERATIONES.

Punct. 1.

PETRVS tota nocte piscatus nihil cœpit. Nec mirum. Qui enim laborant sine Christo, qui est vera lux nostra, laborant in tenebris, & noctu. Quare & laborant sine fructu, cum ille dixerit. *Sine me nihil potestis facere.* Sic populus Hebræus, antequam mundo oriretur ille Sol iustitiæ nocte sub umbra legis laborabat, & ideò nihil piscatus est. neque enim vnquam vllam nationem potuit ad veri Dei cultum traducere. Ante Saluatoris aduentum mundus erat similis mari mortuo Sodomæ amarissimo & à piscibus sterilissimo, at postquam salutaris ille torrens, ab Ezechiele descriptus, fons vitæ **CHRISTVS IESVS** descendens ex dextera Patris templo Hierusalem cælestis egressus est, & in hoc mare ingressus, subito

Ioan. 19.

Gen. 19.

subitò aquæ eius sanatæ sunt, factæque
dulces & fecundæ. Itaq; emissis postea
ab eo piscatoribus, qui fuerunt sancti
Apostoli, dum ab vna parte extrema
huius maris piscantur vsque ad alterâ,
& prædicationis Euangelicæ rete, non
iam noctu sub lege, sed interdiu in ver-
bo Christi eijciunt, tantum piscium nu-
merum cepere, vt non solum nauicu-
lam populi Hebræi, sed etiam illam
populi gentilis, conuertendo videlicet
totum mundum ad sanctam eius fidem
complerint. VERVM ô bone IESV
quam verè sanctus tuus Propheta præ-
uidens hanc copiosam piscationem, &
gentium conuersionem, quasi conque-
rendo dixit. *Multiplicasti gentem, non ma-*
gnificasti latitiam. Multum profecto est
sancta fides tua propagata, totus mun-
dus ingressus est hoc rete Apostolicum.
Sed heu quot mali pisces inobedientia
sua, vel peruersa doctrina, ab vnitatem
Ecclesiæ Catholicæ se segregantes, di-
frumpunt hoc rete, & hoc infelicius ex
eo elabuntur, quo ingressi erant felici-
us: Quot verò ex ijs qui in reti reman-
serunt, & securos se existimat, hoc ipso
quod iam sint in Petri nauicula, postea,
quando exeunte die piscatores appel-
lent ad littus, & sedentes bonos seligēt *Matt. 13.*
à ma-

*Esa. 2.**Matt. 13.*

à malis, electos à reprobis; eam pauci, inquam, tunc deprehendentur digni qui reponantur in vasa eorum, ceteri omnibus abiectis, à feris infernalibus miserè deuorandis?

2. FAMA prædicationis CHRISTI ita percrebuerat, tantusque erat populi concursus, vt neque Synagoga, neque ciuitatum plateæ omnes caperent. Vnde Saluator noster impulsus salutis nostræ desiderio, relictis vrbibus cõfert, se in cãpos & deserta, vt sermone suo salutari & sancto pias & deuotas turbas pascat. Considera, quemadmodum cælestis hic Pastor tractet oues

Joan. 10. *as & ante eas vadat, & quomodo eum sequantur. Cognoscunt enim vocem eius, eumque esse verum & bonum Pastorem, de quo scriptum est. Suscitabo*

Ezec. 34. *super eas pastorem vnum, qui pascat eas. Vere pastor bonus, qui non sua, sed ouium commoda quærit. Vide quomodo, dulci suo de vita æterna sermone quasi amoris laqueo corda simplicis illius plebis attraxerit, sicut per Prophetam dixit. In funiculis Adami traham eos, in vinculis*

ose. 11. *charitatis, quasi exaltans iugum super maxillas eorum. Considera deinde quomodo*

CHR
do crescen
IESV Sa
non nihil
tus sit. E
minus pu
voluit fac
esse Domi
ris. In te
cilem & v
multitudi
verò tradi
rem & ma
dit. Qua
quàm C H
ctus, inter
illis turbis
euentus à
inter circ
passionis
de volunta
negatione
renuntiati
& volupta
S T O pe
Erant in h
S T O fo
mi hanc
parati fu
uum pro

do crescente omnino concursu populi
IESVS ascendit nauiculam, & ex ea
nonnihil à litore depulsa, conciona-
tus sit. Prædicârat, & res mirificas Do-
minus prius fecerat in terra, nunc idem
voluit facere in mari, vt declararet se
esse Dominum vtriusque, terræ & ma-
ris. In terra tradidit doctrinam fa-
cilem & vulgarem, rudi & imperitæ
multitudini accommodatam. nunc
verò traditurus doctrinam sublimio-
rem & magis perfectam, à terra disce-
dit. Quæ verò alia erat hæc doctrina,
quàm CHRISTVS à terra disun-
ctus, inter vndas maris ligno insistens
illis turbis tradebat, nisi illa, quam ipse
elevator à terra insistens ligno Crucis,
inter circumfluentes amarissimæ suæ
passionis vndas tradidit toti mundo?
de voluntaria, scilicet, paupertate, de ab-
negatione sui, de mundi contemptu, &
renuntiatione vniuersæ eius pompæ
& voluptatum, de sequendo CHRIS-
TO per viam Crucis & patiendo?
Erant in hac nauicula vnâ cum CHRIS-
TO soli Apostoli. Hic enim pri-
mi hanc doctrinam amplexi sunt, &
parati fuere pro illa sanguinem
suum profunderc. Eos secuti sunt tot

exer-

exercitus Martyrum, tot Confessorum
& Sanctarum Virginum chori æquæ ac
turbæ istæ, cælestis Magistri exemplo
permoti & attracti, certatim magno
studio currentes, vt quàm proximè
Christo adiungerent, eiusque virtutes
& passionem imitarentur. Itaque tunc
impletum est, quod aliàs Christus dixit
rat. *Si exaltatus fuero à tera, omnia traham
ad me ipsum.* O quanto melior est condi-
tio nostra, quàm veterum Patrum, qui
multis durisq; vinculis, quæ Moyses
monte Synai attulerat, constricti non
sine labore & defatigatione contende-
runt ad terram promissionis: Nos vero
ligati viuus exemplis sanctæ conuer-
sionis tuæ, & dulcibus tuæ caritatis la-
queis attracti libentes volentes *currentes*
in odorem vnguentorum tuorum, imò mag-
na facilitate iam currimus ad tuarum
virtutum odorem versus patriam cæ-
lestem.

3. CONSIDERA, quomodo Do-
minus sedens in naucula Petri, docue-
rit turbas; & velut vinum magnæ hu-
militatis & caritatis exemplum nobis
dedit, quod tam humilem cathedram
pro sublimibus æterni Patris mysterijs
explicandis elegerit? ita magni myste-
rij argumentum fuit, quod ex duabus
naui-

Joan. 12.

Cont. 1.

nauculis, quæ
Petri, inquan-
non quouis
ret. Nam per
denotabatur
cõmissa gub-
Tues Petrus,
Ecclesiam m-
suarum ouis
ei dixit. Paf-
mo saluari p-
extra arcam
Ab hac nau-
mamentum e-
postolus, ha-
na: quæcu-
nauculam
falsitate su-
sponsi ecel-
Spiritus fan-
varijs perf-
ctata, pote-
minus. Ege-
des tua. I-
Christus,
semper v-
mundi pe-
rectam fa-
nima mo-

nauiculis, quas viderat, elegerit illam
 Petri, inquam conscenderet, & ex ea
 non quouis modo, sed sedens prædica-
 ret. Nam per hanc nauiculam non aliud
 denotabatur, quam Ecclesia Catholica
 cõmissa gubernationi Petri, cui dixerat. *Mat. 16.*
Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo
Ecclesiam meam; Et cui pascendarum
 suarum ouium curam commisit, cum *Ioan. vlt.*
 ei dixit. *Pasce oues meas*, Extra hanc ne-
 mo saluari potest, sicut omnes qui erant *Gen 7.*
 extra arcam Noe diluuij aquis perierunt. *1. Pet. 3.*
 Ab hac nauicula, quæ est columna & fir-
 mamentum omnis veritatis, vt loquitur A-
 postolus, hauritur vera & fidelis doctri-
 na: quæcunque verò extra hanc Petri
 nauiculam disseminatur, vana est, & de
 fallitate suspecta: sola enim hæc habet
 sponsi cælestis spiritum & assistentiam
 Spiritus sancti. Vnde & nunquam, licet
 varijs persecucionum tempestatibus ia-
 ctata, poterit interire cum dixerit Do-
 minus. *Ego pro te rogavi Petre ne desiciat si-*
des tua. In hac ergo nauicula docebat *Luc. 22.*
 Christus, & quidem sedens. quia in ea *Matth. 28.*
 semper vsque ad consummationem
 mundi permanebit docens veram &
 rectam salutis viam. Considera hic a-
 nima mea, filium Dei; illam sapien-
 tiam

P tiam

tiam æternam illam sublimem & diuinā Maiestatem, quæ in celo cõsistit supra Cherubinos, nunc tanta sublimitate & simplicitate sedentē in hoc mundo genere cathedræ, non iam auro bysso, sed vilissimis retibus exornatam diuinam suam legem populo exponentem. Hic mare illi Templi loco erat, nauicula pulpiti. Fideque dignum est quamdiu huius cælestis Magistri prædicatio perdurauit, tranquillæ fuit undas & vētos maris, & quasi attentior ob sui Creatoris reuerentiã conuulsiōne diuinū eius sermonē interturbaret. Considera simul, quomodo simplicitate illæ turbæ suauitate verborum Christi captæ & raptæ summa attentione & deuotione omnia eius dicta exceperunt. O fortunatā turbā, quæ meruisti videre Deū, non sicut antiqui Patres, in terribili specie ignis tonantem & fulgurantem è monte Sinai, quando illis de dante mandata legis, & illi timore cõsternati dicebant. *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Sed meruisti, inquam, videre Deum in specie humana, voce humana tā benignè te alloquentē & influentē. O quātas merito, si oculis intuentis eum agnouisses, potuisses per hoc singulari beneficio æterno patri reddere gratias, & gloriari.

Exo. 16. &
29.

CHRISTUS
gratias, & gloriari
olim Deus locutus
nissime diebus
& per eundem
dit, sic nunc
loquatur er
aut Aron,
nus: nunc e
lū mortis, c
4. CHR
doctrinam
turus mirac
lam suam d
tia eijceret
do Domin
corda hom
seipulis, &
& colligat
minat, ut di
minarunt
lege, sem
uangelium
minant or
ram Chri
istis semin
Frustra en
stus eorū v
si nō aper
eorū illun
ad intelli

gratias, & gloriādo dicere cū Apostolo. *Heb. 1.*

Olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in filio.

& per eundē sicut tunc legē timoris dedit, sic nunc nobis dat legē amoris. Nō loquatur ergo nobis amplius Moyses, aut Aaron, sed loquatur nobis Dominus: nunc enim nō est amplius periculum mortis, cum ille loquatur verba vitę.

4. CHRISTVS finito sermone, doctrinam suam pro more confirmaturus miraculis, dixit Petro, vt naviculam suam duceret in altum mare, & retia eijceret ad piscandum. Vide, quomodo Dominus post semen verbi sui in corda hominum sparsum, mandet discipulis, & nominatim Petro, vt metat & colligat fructum. *Alius enim est qui seminat, vt dicit alibi, & alius qui metit. Se- Ion. 4.*

minarunt quidem antiqui Patres sub lege, seminarunt quoque Apostoli Evangelium toto orbe, & post illos seminant omnes aij Prędicatores. Verum Christus verē est, qui in omnibus istis seminat, *qui operatur omnia in omnibus.* Frustra enim laboraret omnes, si Christus eorū verbis nō adderet efficaciam, si nō aperiret aures auditorū, & mentes eorū illuminaret, ac corda disponeret ad intelligendā & recipiendā doctrinā

prædicatam, secundum illud scripturæ. *Nisi Dominus edificauerit domum in vanum laborauerunt, qui edificant eam.* Considera, quot mysteria paucis his Dominus comprehendit. Prædicârat ipse tuis vicinus littori, deinde facto loquendi sine imperat discipulis, vt longius à terra remoueant, ad eijcienda retia, vt impleretur, quod scriptum est. *Pax ei qui longe est, & qui prope.* Quod clarissimus Apostolus exposuit his verbis. *Et uenit euangelizauit pacem uobis, id est, gentibus qui longe fuistis, & pacem ijs qui prope, id est, Iudæis.* Prædicauit quidem Christus in carne, sed ijs tantum, qui ei erant uiciniore, & ob quos præcipue uenerat, qui fuit populus Hebræus. Postea silentium sibi prædicandi imponens per motum, misit Apostolos suos in partes longinquas, & regiones remotissimas usque ad extremas maris Insulas, vt ibi prædicationis Euangelicæ rete expanderent. CHRISTVS dum uixit, multum seminauit: sed exiguum retulit prædicationis suæ fructum: aut postquam toto orbe insonuit illarum turbarum Euangelicarum sonus, Apostoli sancti diuinitus illius seminis uirtute concluderunt piscium multitudinem copiosam. totus mûdus subijt re-

Psal. 126.

Esa. 57.

Eph. 2.

irete Ap
quod De
genito su
tes feces
uifis salu
non sine
Patru pe
sto. Mag
nihil cepi
antequa
cefeceret
bris igne
quæ nem
fectione
laborass
imò ex i
peruene
s. CO
esse aliu
Mare ma
reptiia, q
n omne
professi
dissimil
Petri pi
Christu
sto pisc
sunt, sed
qui om
tates, o

illud scriptum
domum in ve
it eam. Consi
s his Domi
ârat ipse tunc
facto loque
vt longius
enda retia
um est. Pauc
Quod clari
bis. Et veni
st, gentibus
propè, id est
Christus in
erant vic
uè venerat
ostea silen
ns per mo
n patres. Lo
simas vsq
vt ibi præd
panderent
multum se
t prædica
quam toto
rum Euan
cti diuini
runt piscium
nūdus sub
ijt to

ijt rete Apostolicum, & adimpletū est
quod Deus per Prophetam dixit vni
genito suo filio, *Parum est mihi, vt susci-* *Esa. 49.*
tes facies Israhel, dedi te in lucem gentium,
vt sis salus mea vsq; ad extremum terra. Et
non sine causa bonus Petrus in veterū
Patrū persona verba illa repetiuit Chri
sto. *Magister per totam noctem laborantes*
nihil cepimus. nam sancti illi Patriarchæ,
antequam hic sol iustitiæ mundo illu
cesceret, laborarāt nocte, id est, in tene
bris ignorantia, sub lege iræ & timoris, *Rom. 4.*
Heb. 7.
quæ neminē poterat perducere ad per
fectionem. Quare neque mirum est, eos
laborasse frustra in alijs conuertēdis,
imò ex ipsis pauci ad salutem æternam
peruenerunt.

5. CONSIDERA mundum hunc non
esse aliud quam mare, sicut scriptū est.
Mare magnum & spatiosum manibus, illic *Psal. 103.*
reptilis, quorum nō est numerus. In hoc ma
ri omnes homines, cuiuscunq; status &
professionis sint, piscantur. Sed ratione
dissimili. Nam quidam exemplo boni
Petri piscantur cum Christo, alij cōtra
Christū, alij sine Christo. Cum Chri
sto piscantur, *qui non querunt quæ sua* *Phil. 2.*
sunt, sed quæ sunt IESV CHRISTI,
qui omnia sua, vitam, facultates, digni
tates, omnemq; industriam conantur

referre ad Christi gloriam, pro salute
 animæ propriæ, & auxilio spiritali
 corporali proximorū. Hi verè bono-
 suorum operum retia pretiosissimis
 abundantissimis cōplent meritis: cum
 enim boni illi negotiatores, qui dant
 sibi à Domino talentū non reco-
 nec inaniter pro libidine expendant
 sed cōuenienter voluntati Domini fru-
 ctuosè in seruitio Dei expensum augent
 & multiplicant, quibus aliquando
 ipso Domino dicetur. *Euge serue boni
 qui in pauca fuisti fidelis, supra multa te
 stitiam, intra gaudium Domini tui.* Deinde
 sunt alij qui piscantur contra Christi
 Quis verò alius est, præter infernalē
 lū lupū, & inuidū serpentē, qui semper
 extēdit retia & hamos projicit, ut Chri-
 sto oves suas abripiat & deuoret, de quo
 dixit Propheta. *Cilivus eius electus. Propter
 hoc expādit sagem suam, & semper inter-
 ficere gentes non cessat. Utinam videre pos-
 simus, quot modis quanto studio, quibus
 artibus vtatur demon in piscandis
 & perdendis animabus nostris? Quan-
 quā ex alia parte lacrymis res digna est
 videre, quā facilè, quā promptè homi-
 nes se vltro conijciant in hoc rete: quā
 leuiter os suū lethali hamo infigant, cap-
 ti dulcedine exiguæ escæ, hoc est, cō-
 modi*

Matt. 25.

Habac. 1.

modi temporalis, quo dæmon peccati
 aculeū obrexit. Et cōtra, quā difficulter
 sūnt se attrahi amabilib. laqueis Chri-
 sti, & rete Apostolicū seruatorū eius, qui
 eos iuuare vellent, fugiūt: imō si aliquā
 do intrō se receperint, rursū illud di-
 lacerant, vt elabātur. O incredibilē no-
 strā cæcitātē, qui promptiores decurri-
 mus ad mortē & damnatiōnē, quā ad
 vitā & salutē nostram. Deniq; sūnt alij
 qui piscantur sine Christo; cuiusmodi, *ph. l. 2.*
 vt loquitur Apostolus, *querunt que sua
 sunt, non que sunt IESV CHRISTI* Non
 gloriam Christi quærent, sed propriās
 non bonum, salutemque aliorum, sed
 sua commoda & lucra; non auxilium
 spirituale & animæ suæ salutē, sed cor-
 poris sui oblectamenta & voluptates.
 Quare piscantur opes, dignitates, bene-
 ficia, & varias huius vitæ illecebras, vt
 celebre nomē obtineāt in terra, preglau-
 tē viuāt, dominētur alijs, ac deniq; bea-
 ti sint in hoc sæculo. Ac opinione qui-
 dē hominū tales habentur sælices, eo-
 rumq; retia, quamdiu delitescūt sub a-
 quis huius maris, plena existimantur &
 præda magna onusta; sed ad extremū,
 quādo tandē extrahētur foras, vt præda
 colligatur, deprehendentur tantū ple-
 na sūnt aquis & vento, nullo pisce,

Psal. 48. sicut de talibus dixit Propheta. *Chm*
Psa. 75. *terierit, non sumet omnia, neque descendet ei*
eo gloria eius. Dormierunt somnum suum, et
nihil inuenerunt omnes viri ditiarum in
manibus suis. Infœlices certe piscatores,
quia dum minimè putabunt, veniet eorum Dominus; & inueniens eos tam malè expendisse suâ talenta & dona, ut ferui inutiles & infideles, ut ipse dicit, omnibus spoliabuntur, quæ eis concessa fuerant, & in tenebras exteriores detrudebuntur.

Matth. 25.

6. P E T R V S erga magna fide & promptitudine ad mandatum Christi eiciens rete, cepit tantam pisciû multitudinem, ut cum ipse vna cum socijs non sufficeret ad trahendum rete, coactus, fuerit aliorum auxiliû implorare. Vide quanti referat piscari ex obedientia, & in nomine Christi; quamq; copiosus sit huius virtutis fructus, Vbi considera stuporem, & lætitiâ grandem eorum ex tam insigni piscium captura natam, quæ tanto extitit maior, quanto minus sperata & expectata fuit. tota enim nocte frustra laborarant, & ne vnum quidem piscem ceperant. Bonus verò Petrus, probè intelligens id non euenisse ex ipsorum industria, sed virtute eius, cuius verbo eiecerat rete, ab illo tem-

CH
lo temp
rem hab
quod no
tus que
fessus ei
modo I
naucul
copiosa
omnes
rijs redu
derit, q
ratum:
eius Ap
ria rete
sic ipse
piscane
debuer
cerbiff
tis toti
ipso at
his ver
videbit
rimos, c
tradidi
in loco
poss
deindu
sua co
princi
sua m

lo temporis momento cœpit sublimio-
 rem habere de Christo opinionem, vt,
 quod non solum esset Propheta, sed ve-
 nus quoq; Dei filius, vti paulò post con-
 fessus est. CONSIDERA deinde, quo-
 modo Dominus existens in vno latere
 nauiculæ, magna voluptate aspexerit
 copiosam illam piscationem, &, velut
 omnes eius actiones altissimis myste-
 rijs redundabant, tunc temporis perpē-
 derit, quid ea piscatione fuerit præfigu-
 ratum: quod non erat aliud, quam, sicut
 eius Apostoli iactando in eius obediē-
 tia rete tantam vim piscium attraxerāt,
 sic ipse ex obedientia Patris missus ad
 piscandas animas in huius sæculi mari
 debuerit opera suæ prædicationis, & a-
 cerbissimæ passionis, vberimum salu-
 tis totius mundi fructum referre; vti ab
 ipso æterno Patre illi fuerat promissū
 his verbis. *Pro eo quod laborauit anima eius* *Esa. 53.*
videbit, & saturabitur, ideo dissipatiā ei plu-
rimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod
tradidit in mortem animam suam. Et alio *Psal. 2.*
 in loco. *Dabo tibi gentes hereditatem tuā,*
 & *possessionem tuam terminos terræ.* Vide
 deinde, quomodo Dominus magna
 sua consolatione iam tū prospiciebat,
 principium, medium & finem Ecclesie
 suæ militatis. Principium, quando sua
 P 3 præ-

prädicatione, post aduentum in mun-
 dum, diuinaq; conuersatione cepit in-
 cere prima Ecclesiae fundamenta. Me-
 dium, quando eius mandato Apostoli
 in totū orbem terrarū dispersi, primo
 ipsi, deinde per successores doctrinam
 Euangelicam propagarunt. Finem de-
 niq; quando perspexit, copiosam muel-
 sem, & incredibilem multitudinē ho-
 minum conuertendorum, qui comple-
 re debebant non solum Iudaeorum, sed
 etiam gentilium Ecclesiam. Potes quo-
 que hic cogitare, Dominum, qui solus
 erat, in omnibus quae alijs manda-
 bat, suo praere exemplo, pro rara sua
 humanitate & comitate erga homines,
 etiam manus suas diuinas adhibuisse,
 attrahendo reti, maxime ut vidit tanto-
 perē sudare discipulos, nec satis virium
 habere ad attrahendum tantum pon-
 dus. O felices pisces manibus Creato-
 ris vestri attracti. Nō dubiū, quin certa-
 tim ad explendā eius voluptatē vndiq;
 ex toto mari in rete accurreitis. Sed fa-
 liciores discipuli, qui tanto miraculo cō-
 moti, ab hoc caelesti piscatore diuini a-
 moris reti in cū modū sunt capti & at-
 tracti, ut postea repete nauiculis, pisci-
 bus, retibusque & omnibus quae possi-
 debant, relictis ipsi adhaerint, & nun-
 quam

CH
 quam ar
 deseruer
 7. CO
 discipu
 tione pi
 puerint.
 nisi typ
 admirat
 putuit,
 ea pred
 quis nō
 paucon
 breuissi
 duci ac
 etā Phi
 Princip
 diētie
 bus pe
 captu
 pu, vo
 despice
 titudi
 currē
 flo. ad
 nis De
 bus n
 lus cr
 tiam.
 ob n
 gressi

quam amplius toto vitæ suę tempore
deseruerint.

7. CONSIDERA deniq; quomodo
discipuli cōspecta miraculosa illa cap-
tione pisciū attoniti steterint, & obstu-
perint. Quid verò aliud fuit hic stupor,
nisi typus & figura grandis stuporis &
admirationis, quo mūdus capere non
putat, tā mirabiles fructus ex Euāgeli-
ca predicatione ubiq; esse secutos. Et
quis nō obstupisset, simplici oratione
paucorū hominū rudiū viliūq; , tēpore
breuissimo tot nationes & populos tra-
ducti ad Christū; expugnatā & pudefa-
ctā Philosophorū sapientiā? tot Reges,
Principes, aliosq; mundi sapiētes obe-
diētię fidei subiectos? potuisse homini-
bus persuaderi res nunquā auditas, &
captu humano superiores? vt parentū o-
pū, voluptatū, & omniū reiū tēporaliū
despicientiā? videre tāra lætitia & prō-
pitudine tātos Martyrum exercitus de-
currētes ad supplicia & mortē pro Chri-
sto. ac deniq; audire p̄dicari à Christiani-
s Deū aliquē crucifixū, & pro homini-
bus mortuū. Quod vt loquitur Aposto-
lus erat *Iudeis scandalū, gētili in arte stulti-
tiam.* PETRVS itaq; incredibili stupore,
ob miraculi euidētiā, plenus in-
gressus est in seipsum, & iace quadam

B. G. incc-

1. Cor. 1.

interna, quam Dominus illi commu-
 nicat, perspicens se peccatis plenum,
 & ideo praesentia & consuetudine Chri-
 sti indignum, totus humilis se abiect
 ad eius pedes, dicens. *Domine exi a me,
 quia homo peccator sum.* O bone Petre,
 quid dicis? Imò quia tu peccator es,
 Christus autem est purus ille agnus Dei
 qui caelitus ad tollenda peccata tua ve-
 nit, imò peccata totius mundi, deberet
 potius cum togare, ut vel non discede-
 ret à te, vel in suam societatem te reci-
 peret. Verum, quod fecit Petrus, fuit
 profundae humilitatis actus, & caritatis
 excessus, non commodum proprium
 sed solum Christi honorem respicien-
 tis. Quasi diceret, Tantus piscium nu-
 merus alienissimo ad piscandum tem-
 pore, vno retis tractu captus, non potuit
 nisi a sanctitate & virtute plus diuina
 quam humana, quae in te Domine ap-
 pareret, proficisci, & idcirco non conue-
 nit honori tuo ut diutius mecum, ho-
 mine abiecto & peccatore, in hac vili
 nauicula verferis. Recede igitur, prestā-
 tiori ministerio, nobiliori q; societate,
 quā mea dignissimus. Ex altera parte,
 vide quo pacto Christus, cui gratissima
 fuit Petri humilitas, eum plus quā ex ab-
 undanti remunerarit, & gratiā repe-
 dit.

VITA

derit. Nam quo Petrus humilius se Domino submitit, dicens. *Exi à me.* hoc Christus cum exaltans, amplius sibi coniunxit & vniuit, constituendo eum loco suo caput & supremum suæ Ecclesiæ Pastorem. Petrus se accusabat tanquam peccatorem, & Christus contra pro conuersione peccatorum eum accepit suum cooperatorem, dicens illi, cum deinceps fore piscatorem hominum. O anima mea, vide quot tibi in hoc facto Dominus præbeat auxilijs, spiritualisque profectus occasiones. Si enim te conuertas ad Petrum, cernes, quàm eximias, pro breui tempore, quo fuit cum hoc cælesti Magistro, virtutes perdidicerit, quàm promptam obedientiam, quàm firmam fidem, quàm profundam humilitatem & perfectam charitatem. in quibus virtutibus tibi occasionem suppeditat ipsum imitandi, remouendo a sua imitatione omnes affectus & desideria terrena, & dirigendo in altum versus cælum ad quærendam, *quæ sursum est, Hierusalem, non quæ Gal. 4. super terram.* Si verò te reflectas ad Christum, vides quàm benignus, quàm liberalis sit in suis beneficijs, & quam copiosa & larga mercede remuneretur nostros labores licet exiguos. Vnde in-

P 7

de in-

inuitat te, quoties laboras, vel oneratus es, vt ad se cum fiducia recurras humiliterq; preceris, non iam velut Petrus, vt recedat à te, sed cum Propheta dicendo. *Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris à me. Intende in adiuuorinm meum Domine Deus salutis meae.*

Psal. 37.

COLLOQVIUM.

PRECABERE Dominum, vt sicut virtute verborum suorum effect, vt Petrus tantam multitudinem caperet piscium, ita interna suarum sanctarum inspirationum virtute, velit tibi largiri vires, vt iactato efficacis desiderij pro gloria ipsius patiendi reti in hunc mundum (qui non est aliud quam tribulationum mare) merearis in ipsis afflictionibus illam diuinarum consolationum copiam, quam solet dare omnibus qui libenter laborant & amore sui patientur, inuenire, simulque per patientiam illud pramium referre, de quo ipse Dominus discipulis dixit. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

Luc. 21.

DOCUMENTA.

1. *ET* ANGELIVM referit turbas nulla laborata ratione laboris fecutas Christum quod.

quocumq; pergeret, vt verbum Dei audirent. Nec commemorat inter illas fuisse vel Sacerdotes, vel Scribas, vel Phariseos, qui ob doctrinam & sapientiam erant in populo honoratissimi. Vt & experientia perpetua in mundo docuit, ab hominibus simplicibus, rudibus, & pauperibus maxime frequentari Ecclesias, qui cultui diuino, & pietati & penitentiae vltro se dedunt & libentius ceteris verbo Dei audiendo cum fructu vacant. Sed ex magnis illis Doctoribus, qui sectantur honores huius seculi, & sapientes sunt apud semetipsos, pauci inueniuntur, qui se serio dedant Christianarum virtutum exercitationi.

2. CHRISTVS primò voluit nauiculam, in qua predicabat, nonnihil remoueri à littore, deinde, insit eam prouehi in altum. vt doceret Concionatores, & quotquot funguntur officio alios instituendi & iuuandi, se infirmitati & capacitatibus audientium accommodare. hoc est vt non statim eis proponant mysteria sublimia & opera summae perfectionis, sed primum eos paululum dimoueant à terra, id est à ceteris terrenis, & cupiditatibus carnalibus odio peccati, & timore pœne auocent, deinde verò ad amorem virtutis & perfectionis alliciant.

3. Dominus predicauit turbis nonnihil remotum à terra, vt intelligant, quibus incumbat cura alios informandi, eos ab omnibus affectionibus terrenis debere esse alienos.

Facile.

Facile enim eius doctrina deprecatur, cuius vita in parua estimatione habetur.

4. CHRISTVS dixit Apostolis, relaxarent retia sua in capturam piscium; ut instruerent Predicatores, quo sine & intentione munere suo fungi debeant, nempe ut capiant pisces, quae sunt animae peccatorum per mare huius mundi perditae errantes, extrahendo eas ex vitiis profundis, & peccatorum luto, ad dicitur profundum & puritatem suae gratiae. Non autem capiant & piscantur vel vanam gloriam & existimationem, vel commodum proprium, & lucrum temporale. Nam de his dicit Prophetia Ieremias. Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas, quia verbi Dei praedicationem in questum temporalem conuertunt.

Iere. 21.

5. Petrus tota nocte piscatus nihil cepit; die autem ex obedientia Christi laxans rete magnum numerum piscium cepit. Si vis consequi laborum tuorum premium, primum discute conscientiam tuam, sintne opera tua facta in tenebris & nocte peccati, an vero in diuinae gratiae luce: Et si in te deprehenderit aliquod peccatum, mox cura, ut per sinceram confessionem, & verum dolorem, ac firmum propositum Deum non amplius offendendi illud ex anima tua eicias, & tunc eiciendo per diuinorum mandatorum obseruationem bonorum operum

perum retia
piscium i

Petrus
nil cepit, a

rete, breui

ni piscibus
obediencia

& confitio
spiritualium

voluntate
si certius

tam, & no

7. Petrus
captus & gr

peccatores
lorumq; d

non agnosce
do affligun

intellectu
in prosperi

gnos, omni
fecit B. Ios

minus ab
neditur

8. Petrus
catorem,

Dominus;
mittens m

ut officiu
filij prodig

perum rete, referes abundans & eternum premium in celis.

Petrus arbitrio suo tota nocte laborans nihil cepit, ac postquam arbitrio Christi laxavit rete, breuissimo tempore duas naues completi piscibus. Vnde discimus quantum valeat obedientia & quod opera facta ex obedientia & consilio nostrorum superiorum, vel Patrum spiritualium prestantiora sint ijs, que facimus voluntate propria, eò quod meritum illorum sit certius & copiosius, horum vero sit incertum, & non ita magnum.

7. Petrus post acceptam miraculose illius capture gratiam, se se humiliavit, agnosceus se peccatorem & indignum. Inter bonorum malorumque discrimina, hoc vnum est, quod mali non agnoscant aut constentur Deum, nisi quando affliguntur secundum illud. Vexatio dat intellectum. Boni vero tam in aduersis, quam in prosperis se humiliat, & reputando se indignos, omnia diuina voluntatis adscribunt, ut fecit B. Iob, cum dixit. Dominus dedit, dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.

Esa. 28.

Iob. 1.

8. Petrus se humiliavit confitendo se esse peccatorem, & presentia Christi indignum, cui Dominus benigne respondens, & maiora promittens magno fuit solatio Vnde discimus sicut officium peccatoris est, exemplo Petri & filij prodigi se humiliare, accusando, peccata sua

fua & se indignum diuina gratia reputanda
 ta Prælatorū & Patrum spiritaliū officium
 esse, peccatores, dum se in eum modum humiliant,
 non asperis, sed mollibus potius verbis
 excipere, eosq; animare & consolari.

9. Patres veteres, quos Deus elegit in capite
 & gubernatores populi sui, ut erant Patriar-
 che, & post illos Moyses & David, fuerunt pa-
 stores ouium. In noua verò lege Petrus, eiusq;
 socij, quos Christus postea elegit in gubernato-
 res sue Ecclesie, fuerunt piscatores piscium.
 Quæ duo genera hominum laboriosam in hoc
 mundo vitam agunt: nam diu noctuq; laborant
 & multum patiuntur, ut intelligant Prælati
 & Principes Christiani se non esse vocatos ad
 quietem, sed ad labores & afflictiones, non ad
 querendum se & sua commoda, sed ad
 lucrificandos alios, eorumq; salu-
 tem & incolumitatem omni
 studio procuran-
 dam.



DE

S

ME

E

DE

crus au-
 gnis fel-
 de illa,
 Et accen-
 & appri-
 & con-
 surgen-
 autem
 omnes
 rijs lar-
 eum.
 monia
 ciuitas

DE